



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti Episc. Carpentoracti Epistolarum Lib. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

mei absens memoriam retineatis: quaque ego fide, quaue
confiancia, fidem vera amicitia conseruans vos in oculis atque
in animo affidue gerò: candem vos mihi fidem benevolentiam
quæ prefectis. Quod non ut diffidens postulo, sed ut amans, &
quod omnium rerum mihi est optatissimum, me ab illis diligi,
quos cum eorum amore dignissimos, ipsorum virtus, & doctrina,
& summa humanitas facit. Valete. Carpent. M. D. XXIX.

IACOBI SADOLETI EPISC.
CARPENTORACTI EPISTO-
larum Lib. VI. Epist. I.

IAC SADOLETVS EPISC. CARP.
Ioan. Bellatio Episc. Parisenſi S.P.D.

MOR meus erga Langæum fratrem tuum eximius
& singularis, (quem ego propter eius multis & ma-
gnas virtutes diu ante suscepimus, sanctissime, fide-
& filii meque conseruo) fecit, ut simili in te quoque vo-
luntate semper fuerim, eamque tibi benevolentiam preficerim,
quam & fratri tui mihi peripetia, & tua sape audita, omnium
quæ primis probata testimonia, virtus postulabat. Sed accidit
in hac coniunctione nostræ amicitie, ut vos essetis, quam ego
multo fortuniores. Cum enim nihil sit, neque natura ipsa pra-
summis aut claris, nec bene viro incundius, quam benefacere:
vocationis vestre liberalitatis exponentiae occasionem in me se-
pi habuimus: ego autem ne semel quidem facultatem sum na-
tura, quo fratri cui merita erga me paribus officiis compensare
poterem, & offendere virtrique vestrum, concedere me homini pro-
fici nemini, qui maiore animo & ad promerendam & ad refe-
rendam gratiam, aut propensiore ad benefacendum natura sit
patens. Sed tamen quoniam vos quoque imprimis digni etis,
quibus instrumentum fortuna suppeditet vestra declarandæ vir-
tutis & bonitatis: sit fanè hoc fors vestra felicior, ego ad cate-
tas casas diligendi tui, hanc quoque habeo non minorem ca-
tem, quod in eiusdem collegij munus atque officium à Deo pa-
ternoscit, huius faci honoris societate cōiuncti sumus: quem
& tu summa cum laude geris: & ego id admiror, ut ne omnino
improbando sim. Haec cum ita se habeant, nulla iam apud me
est dubitatio, quin ego vicissim abste diligar, quod tu qui-
dam fuisse debes, vel fratri eiusdem tui cœula, vel etiam tua.
Conuenit cum naturæ & humanitati tua, ut in amore respon-

H 5 deas

deas his à quibus diligare. Quod cùm ita esse mihi persuaserim, id à te institui petere, quod mihi hoc tempore maximum esset, maximeq; necessarium. Paulus Sadoletus mei filius fratri, adolescentis institutus sanè quam liberaliter, mihi iampridem a patre traditus, à me pro filio educatus est. Is affectus cupiditate videntur aule Regiae, & eius cognoscendi, ac meo etiam nomine venerandi Regis, de cuius plurimi ac maximis virtutibus quotidie & à me permulta, & a multis sapè audit, istuc venit: quodam illi etiam exposturus, que à me mandata sunt. Eum ego & tibi, & Langeo fratre tuo potissimum commendabo. Quanquam enim non ego aliorum amicorum & benevolentium copia, vel abundo etiam porcius: taeniam omnium hominū nemo est, quem ego malum adhibere in meis negotiis atque rebus, quam alterum vestrum. In quibus mea omnis reposita est fiducia, vos fratrem & amanter curatores, vt ea quae ego volo, quemadmodum quidem volo, ita maximè fiant. Quid autem velim, & quamobrem istuc miserum, ex Paulo ipso cognoscet. Ei porrò mandauit, vt nihil omnino agere aggredetur, nisi conuento prius Langeo: quem fortè in aula si non offendisset, ad te adire, omniaque gereret de vestra potissimum autoritate ac sententia. Quapropter peto à te, vt hunc adolescentem, mihi & charum admodum, & probatum, omni humanitate tua excipias. Ego si ea abs te officia expecto, que tibi vicissim si casus ita ferret, libenter & tributarus essem: non tibi id mirum videri aut novum debet. siquidem exillis atibus literisque liberalissimis, in quibus instituti ambo atque educati sumus, si didicimus, inter bonos agi liberè omnia, & familiariter oportere. Quorum verborum vim si attenderis, hoc profectò statues, & tuam mihi paratam benevolentiam semper præstò esse debere, & meam tibi: quod à parte tua sperare, a mea polliceri tibi possum. Vale, & nos dilige tui amantisimos. Carpentaci, M.D. XXXII.

I. I.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P E N T.
Ioan. Bellatio Episc. Parisiensi S.P. D.

CV aduentus Pauli summa me luctitia affecit, propterea quod paterna illum iamdudum charitate complexus, eius ingenio, probitate, modestia, sic delector, vt omnia que parentibus à benè moratis liberis iucunda accidere solent, ab illo mihi accident: tum verò cumulus sum maximo gaudeo, cùm de tua erga me atque illum voluntate, dēcū: omnibus officiis,

q̄q̄ multū absentī in illo p̄ficiūt, ip̄hsus testimoniō & verbis sum
eludit. Que quidem non solum illo exponente cognita mihi
fuit, sed tunc etiam humanissimis & elegantissimis literis con-
firmata. Ego verē (sic tua & mea salus perpetuō mi Bellai Deo
confidit) ut istum animū tuum erga nos, amorem, studium,
comitatu fortunę p̄m̄is & honorib⁹ antepono. Non enim
ex quo duc in rebus humanis esse optabilius, quam diligi
ad h̄s, qui propter virutem & nobilitatem, dignissimi ipsi sunt
ab omniis qui diliguntur. Quod quando mihi in te contigit,
& tibi qui es mihi charissimus, ego quoque vicifim (vt video)
non inamabilis sum: & mihi ipse gratulor, & tibi gratias ago.
Quod nobis tuam opem & operam paratam defers, si quid mihi,
vel Paulo illic fuerit opus, ego promissionem tuam neque con-
temno, & tamen istam tuam voluntatem omnium promissio-
nū tuū habeo chariorem. Te enim ipsum potius expto exti-
mūne in te bonum, & in Langeo fratre tuo mihi constitu-
tum est quos habeo ambos, quibus non benivolentia solum,
sed vero etiam iudicio sum amicissimus. Quod quidem latius
enū manat, & in illum fratrem vestrum, qui Lutetiae in sena-
tū de cooptatus, & in viuēsam domum familiāmque ve-
stīam. E qua cum videam qui exoriantur viri, quibus ingenij &
armamentis p̄dicit, de generis vestri indole ac disciplina
il fatus quod necesse est, cille illam in laude virtutis rāram, in
 exemplo prop̄e admirabilem. Quid enim vestra ista comitate, &
in obsequiū studio, diligentia, sedulitateque spectatius? Sed
hoc, que minorem copiam orationis desiderant, in aliud tempus
intendenda sum. Regi isti maximo, ac p̄stantissimo, ego iam-
pudem omni obseruantia & amore me addixi: cū alii quidem
cum de causis, vel quod ita debo (sum etenim illius iuri pote-
tū subiectus) vel quod ipse humanitate, beneficentia, magni-
tudine animi, omnium cultum amoremq; demeretur. Verū il-
la tamen p̄cipue mi induxit ratio, quod ip̄hsus animū pro-
p̄lū erga bonas literas, dignum cille arbitror, cū ab eisdē lite-
ratis artib⁹ quas amat, honos & gratia referatur. Quarū ille artiū
enī cum mihi nonnihil de sua benevolentia impariat, vt & tu
sensis, & ipse ex multis iudicis cognoui: enītar, atq; contendam,
quod efficere potero, vt tanti Regis nomen per me quoq; pro-
p̄gner in posteritatē. Omnino opus habeo in manibus vnum
omnium difficultissimum: de quo (vt video) ex Pauli sermonibus
suis cognovi. Sed tamen in maximis conflicationibus alii si-
marum questionum, dabo operam, vt mea diligentia ac labo-
ris frugis aliquis appearat: cille, quod mihi per quam eccl̄dit in-
commodū, quatuor iam mensib⁹ valetudine aduersa ab illo opere
& cura sui distractus. Sed & ego incipio ex morbo recreari, &

re d.c.

te depulso morbi periculo, tuam pristinam valetudinem recuperasse, vchementer laetor: neque me meam sperare propinquam iam salutem, quam te tuam adeptum esse incundius mihi est. Verum de his haec tenus. Ego & tibi & Langeo fratri tuo pro vobis singularibus officiis maximas gratias ago: & par vobis studium, similemque voluntatem polliceor. Quod autem est fidelis verae amicitiae proprium, ut nunquam vestrorum exeat mihi exanimis memoria meritorum: id ita prestatabo, ut vos nobis eiusmodi studia amorisque indicia tribuisse ne vnguam possint. Valete. Carpentoracti, X. Calend. April. M. D. XXXII.

III.

I A C. S A D O L E T V S E P I S C. C A R P. 10.
anni Bellao S. R. E. Cardinali S. P. D.

Nihil quidem ad me nouum, sed tamen & optatum semper, & gratum ex vrbo rediens atrulii Paulus, cum de tua erga presentem fe, meque absentem humanitate, benevolentia, comitacque, plurima commemorauit. Quae ego audiens, meaque vetera & perpetua studia erga te, & fratres tuos, animo recognitans, facile mihi persuadebam, quod tantum vobis honoris semper atque obseruantiae tribuifsem, quod tantum vos admafsem, omnibusque meis officiis vestram principiū familiam ex omni Gallica nobilitate fuissem prosecutus, possum a me operam perbene, idque iudicium, quod de vobis fecissem, non tam vobis laudi, quam mihi ipso ornamento esse intelligebam. Fortes enim viros, & liberales, eosdemque magni animi, etiam consilij, tum autem omnibus artibus ingenuis egregiis institutos, florentes gratia, honore, nobilitate, cum amare ceipi, non solum fui illorum virtutibus, sed mea quoque laudi consuui: cum ex corum amicitia factus ipse sum honestior. Neque hoc tam malitiosè specaui, ut ad mecum commodum ista retocarem: sed vero vestri memores, vestra virtus, vestra dignitas ad singulare quoddam de vobis iudicium adduxit. Et si (quod cum pudore quodam loquor) eos ex tua benevolentia fructus percipio, ut quasi hoc ipsum ante prouidisse & spectabile quodammodo videar: ut quod egisti proxime in altero illo fratre mei filio, quem in clientelam & domum tuam receperum, non solum opibus sustentas, quod ipsum per se magnum est: sed & (quo nullum signum amoris nobis illustris præbere potuit) consilium ipse dedisti Paulus, autorique fui, ut cum potissimum familiaritate tua deuinciret: quod mores adolescentis, qui videbantur esse inconitaniores, tua grauitatis nutu coercerentur. Hac res, eti preter animi mei sententiam sic acla est (ego enim aliam quan-

am vice rationem adolescentis ipsi prescripsieram) tamen postquam id vir fieret, tua grauissima intercessio autoritas, debet estimare, nihil non opimo a vobis factum esse consilio. Tantum a Deo puto, ut adoteiens, quem ego certe diligo, dignum sensu hoc beneficio, & insigni humanitate prebeat. Quod autem ego plenus facio, quodque mihi ad letitiam animi, & ad voluntatem maximum est, habere tam illustre monumentum tui ergo amoris, de eo tibi optime atque amplissime Bellai, tantas habeo agnoscere gratias, quantas maximas & animus meus capere, & lingua verbis proferte ac nunc cupare potest. Sed tu fortasse hos voculorum sonitus non posulas, animum meum requiris: quem tui semper deditissimum, quotidie etiam magis magisque constitutum atque obligatum habiturus es. Qui quidem ita tuus es, ut sed sine te, & sine dulcissima recordatione tui, mecum nonquam esse possit. Num ego mecum una, cunctaque omnibus meis, qui omnes tui sunt, dodo tibi atque tradeo: teque oro, ut tuas ultras voluntatem erga me, quae est mihi rerum omnium dulcissima, conferues & rucare. Fratrisque mei filium, aetate etiam sane & moribus adolescentem, ita tibi commendatum habeo, si fe dignum patrocinio tuo prebuerit. Vale. III. Id. Martij. M.D.XXXVI.

IV.

MICHAEL SADOLETUS EPISCOPUS CARPENT.

Antonius Prato, Episcopo Senonensi, S. R. E. Car-

dinali S. P. D.

Quo tempore Romam a summo Pontifice ex mea Ecclesia quoque accesseram, ea conditione eram profectus, ut confitimus rebus mei munericis (eram enim illi a confruis, ut ruficis) licet mihi ad meam Ecclesiam reverteri, & in ea diu iam debet, & sumpser inchoatus Deo omnipotenti famulatum impendi. Quod & postea feci optimam Pontificis voluntate, ita apto tempore atque opportuno, ut faciliter appareret iusta & recta cuperemus libenter Deum opem ferre. Viginti enim diebus ipsis ante sum elapsus, quam illa clades, horribilisque calamitas virbi Romae incidet. Quia ethi mea quoque fortuna omnes dissipaverunt: falsus tamen mea, & libertas, mihi in columis retenta est. Me igitur causa dolendum mihi non fuit, neque enim admodum sum iactura rei familiaris communis, alienam autem vicem quin doletem humanitatis causa facere non posui. Grauiusque morore & acerbissimis animi angoribus ex multorum misericordiorum, ac summi precipue Pontificis incommodis

dis fui affectus: quem ego (Deum immortalem contestans) vi-
rum bonum, eundemque prudentem pacisque imprimis aman-
tem esse semper cognoui: verum aliquorum minime prudentium
confilii parum felicem. Sed mihi ad meam ecclesiam iam reuer-
so tua amplitudo proposita imprimis fuit. Arbitrabor enim mei
officij esse, mereq; perpetua erga te obseruatiæ, aliquid ad te scri-
bere, ex quo & mea fidelis tuorum erga me meritorum memoria,
& maximarum clarissimarumq; virtutum tuarum admiratio tibi
significaretur: egoque quod diu ante cupiebam, amplificata
dignitati tuae gratularer: cuius ipse quoque pro virili mea parte,
si non adiutor (tua enim summa & preffabilis virtus arce auo-
ritas meo adiumento non cebat) ac certè conscius, & diligens
minister exitissem. Accidit autem propter mea plurima incon-
moda, maximasq; omniū rerum difficultates, vt ab hoc ſcriben-
di officio vlg: ad hunc diem fuerim retardatus. Gratulor igit
tibi, vereq; & ex animo gratulor, quod hunc istum amplissimi
ſacerdotij honorem ita es adepitus, non vt gratia ille datus, sed vt
virtuti tributar fuisse videatur: vt in ea non fauor, sed meritum
non muneris, sed p̄c̄mij ratio, non voluntas dantis, sed acci-
pientis dignitas fuerit Spec̄tata. Qui quidem honor in colla-
tus, mihi ipse honestior arque insignior multò videtur esse fa-
ctus. Nam quod ad honorem ipsum attinet, multi ſepe indigni
illum obtinuerunt. Sed habere vñm rerum maximarum, fugacis
infamias & turpitudines, abstinere alienis, iuftiam colere, ne-
gotiorum maximorum & curarum aliissimarum autorem esse
ſapientem, ingenuo, integrato, doctrinæq; preſtare, veri hibone-
res, vera ornamēta ſunt. Quæ cum in te mea ſententia per-
maxima ſint, magis honori ipſi proper te, quam tibi proper ho-
norem dueimus gratulandum. Ille enim indicate tantummodo
habet eius hominis, in quem collatus est, virtutem & dignita-
tem, in quo fallere ſepe eft ſolitus. Tu vero effecisti, non vt nūne
demum vere indicet, ſed vt plus in te etiam preſtare, quam in a-
liis promittere poſſe videatur. Sed hec clariora, quam vt multa
egeant predicatione, parcius attingenda ſunt. Tantum à Deo
immortali eft poſtulandum, vt tibi istum honorem fortunet, &
perpetua felicitati iubeat eſſe: quod nos ſumma cum bene-
ficia & amore erga te eundem ipsum Deum ſupplices depre-
mum. De me autem iplo hoc ribi habeo dicere: cum tua eiga me
vetuſa merita grata mihi recordatione in animo ſemper veſ-
tunt, non poſſe me obliuisci quantum ribi debeam. Itaque labo-
dies ac noctes, vt aliquo modo poſſim in te viderigatus. Et quo-
niam ceterarum facultatem rerum fortuna mihi admitti illud
quod proprium eft mihi ab Deo omnipotenti donum, quod ego
ſacris literis & prætantissimis disciplinis appetim deditus co-
lere

Letet scribendo nonnullum possum hominum de me & de ipsa viritate benemeritorum memoriam: totum ruræ laudi & amplitudine deficit. Etenim hanc voluntatem meam si non fueris apernas, dabitur aliquando nobis locus, ubi memorem me tuorum erga me meritorum & tu ipse agnoscas, & ventura posteritas intelligat. Vale amplissime patrone, & tuo patrocinio nos souere ne debime. Carpent. VII. Idus Sept. M. D. XXVIII.

V.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

Antonio Prato S. R. E. Cardinali S. P. D.

VIA nôrum est meum erga tuam amplitudinem studium, & incredibili tui nominis obseruantia: ideo fit, ut quidam homines, de tua in me vicissim voluntate coniecturam facientes, capiant tibi per me commodata. Quibus ego profectò hoc omnium humanitati debitum non negabo: dum illud prius fieri, in cunctis quecumque a te petiero, ita mihi cupere morem geri: si ea tibi & facilita facta, & aqua arci honesta cile videbuntur. Ioannes Fraxinus, qui has literas tibi reddidit, cuius est Aeneonis, imprimis honestus & bonus, mihi autem, & sua causa, & suorum necessariorum ac cognatorum, quos ego misericordie diligente charus arque iucundus. Is ad nostrum hoc vita genus, & ad sacerdotalem ordinem aspirans, cuperet ecclesiastica aliqua vestigia consequi: quod difficillimum sibi putat fore, nisi sacerdotium in regno obtinendi aliquam facultatem si nascatur. Em potius arbitratrari se tua viuis ope atque auxilio consequi possit: in qua cum tue bonitatu, beneficentia, humanitatique, commendatio per te, per quam tuam gratiam ac benignitatem, optatum enim votorum tuorum consequatur. Quod facilius efficerem possum, quid & ipse mediocria postulat, & tua etiam limitandi ad schismatis futura est possetas. Ego, si hoc in illum beneficium mea commendatione adductus contuleris, non mediocri meipsum beneficio abs te affectu esse arbitrabor. Exit enim hec significatio tue erga me voluntatis, non modò honori mihi & ornamento apud haec nationes, sed animo etiam meo precipue gratissimè qui fructum meum in te summa obseruantie summi que animi non aliun prorsus queror, quam amorem ipsum tuum: quo vi perpetuè dignus sum, omnibus meis studiis atq; officiis diligentissime prouidebo: tuorumq; erga me meritorum memoria grata semper recordatione prosequar. Tu ut nos diligas, habeasq; in numero tuorum, omni animi cura & studio

ab te peto. Vale. Carpentorati, XV. Calend.

Martij, M. D. XXIX.

IAC.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.
Antonio Pra o S.R. E Cardinali S.P. D.

Mea tuarum maximarum occupationum cogitatio facit
ut minus sepe ad te literas dem, quam cuperem. Sed vno
minis tui honor agitur, non puto me alienum ab officio factu-
rum, si quae tua dignitati conuenire arbitris, liberè ad te scri-
bam. Sumus in maximo miserore omnes, quibus regius regendi
ordo, & iustitia cordi est, ex Cossinerij Aquensis prefidis viri ca-
rissimi, & sanctissimi morte. Qui his regionibus & populis abs te
prepositus, tanquam è cælo nobis misitus, nouæ integratæ &
iustitiae lumen quoddam omnibus ostendebat: fuamus prop
inauditam virtutem cum tua maxima laude, & istius regis admirabile
gloria, labore & vigilis suis, omnium hominum temporis
& commodo expostam habebat. Qui alieno fanè tempore no-
bis erexit est: suo ipse profecto non mediocri bono, sed cum
nostra graui incommodo. Quanquam ego eum de facie non
noueram. Verum ita se gerebat in eo munere, quod illi abs te
commissum fuerat, ita æquitatem, veritatem, imbecillitatem,
aduersus iniuriam, mendacium, violentiamque protege-
bat, ac tuebatur, ut quotidianis illius laudibus, & commemo-
rationes clarissimorum operum calenter aures mee. In quo
egregia quedam iuncta erat commendationis nominis tui, cum in-
credibili cunctorum erga te benevolentia. Sic enim omnes ju-
dicabant, ad tuas certas virtutes, que vno omni ore celebran-
tur, prudentiam, grauitatem, integratam, doctrinam, que ita in-
te cluent, ut solus propè omniū hominum tantis curis & nego-
tiis, que gubernas, habere par, hanc quoq. accedere laudem di-
gnam sapientia tua, ut non solum per te, sed per alios etiam, vel
les populum & gentium salutis ac tranquillitatis esse confituntur.
Cum enim certemus omnes, quam tu curam suscepiles, ut op-
timus nobis rector prefigeretur: & tuam prouidentiam de nobis
agnoscetebamus, & in te amore incredibili accessi feremur. Ac
nostra quidem erga amplitudinem tuam voluntas eadem futura
est, eademque de tuis virtutibus opinio. Sed tu in quo spes nostre
sitæ sunt, cuius fiducia cuncti in tanto dolore aliquantum acquire-
scimus: per Deum ipsum immortalē, qui hec facta & opera im-
primis inuerter, que te merito voluit tanta porestate esse prædi-
tum, ut istam tuam mentem tot sapientia thesauris referant, ad
publici boni curam tota conferres: ne defere nos, eandemq. a-
hibe autoritatem & diligentiam, quam adhibuisti ante aucti limi-
tis nobis presc iustus, ac graui, tuæque imitator discipline de-

integro preponatur. Quod cum feceris, non magno tuo labore
maximam es consecuturus apud Deum gratiam, apud homines
dulorem. Nos quidem qui tui toti sumus, & tuo nomini, fama,
honore praecepit dedit: quantum erit in nobis, non fine-
mis hunc ut tanti ac tam insignis beneficij predicationem, ne-
que nos silentio tegi, necne apud posteros mutam esse. Vale.
Carpentarii, Pridie Nonas Iulij, M.D.XXXI.

VII

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.
Antonio Prato, S.R.E. Cardinali S.P.D.

Quæcunq; fuerit humanitas in excipiendo Paulo meo, cùm is
taliorum ad te meis verbis venisset: quanta declaratio eius
benivolens, quam ergo me suscepserat habes, ea referente
nametque cognoui. Pro qua, quid ego tibi dicam? Habere
me gratum tibi: habeo equidem. Sed quid istud est, tantis iam
a te beneficis accepisti? An me relaturum eam aliquando? Quis
autem hoc loquitur aut quis non intelligat, sicut ad solis lumen
lychi igniculum, sic ad virtutem, ad amplitudinem, ad auto-
ritatem tuam, meas omnes fortunas nullius esse momenti? Sed
ne ego placet ingratis sim, si non agnoscam, & cui, & quantum
debet, audiobeo nimirum agere tibi gratias, atque eas quidem
quæ possum maximas: te vehementer deprecans, ut tua illa
prosperitas arce eximia erga me humanitas, qua me tibi in per-
petuum obstrinxisti, hoc etiam addat ad reliqua plurima bene-
ficia cum, aut meam hanc gratiarum actionem in bonam
partem accipiat rimecumque memorem, & gratum animum ap-
pliceret, enam si pares meæ voluntati effectus non sequantur. Id
quod me a sapientia, & ab animi tui æquitate spero iam im-
petuosa. Ego hoc tempore verbor in opere omnium difficillimo,
vt. domini Pauli epistola interpretetur ad Romanos. Cuius operis
cum primi quoq; librum consecuisse (nam in tres libros tota
diuina commentatio est) forte iter haec habuit amplissimum vir
Collega tuus Franciscus Turnonius, cognitusque meorum stu-
diorum ratione, cùm me multum ut perseverarem hortatus est,
tum ille petens, ut simul aequaliter hunc primum perficerem librum,
ad eiusdem mitterem: quod idem posse per literas non defi-
xit posse. Id ego nunc feci: nulliq; ipsum volumen, exami-
natum omnium docteriorum iudicio, qui modò æquitatem ant-
eum cum doctrina habent coniunctam. Nam quod ad me atti-
nerat, patitur ad virtutem: sum, & probari, & reprehendi. Quæ erit
explicatio si fuerit iusta, milii futura est virilior: quando per il-

I Jan.

lam melior & considerior siam. Hac ego ad te scripsi, magis
ne quid mearum rerum tibi effectorum, quam ut audeam pro-
stulare vti hæc legas. Quia etiam si non indigna, arramen in con-
moda sunt tuis grauissimis & maximis occupationibus. Mihin
falus, dignitas, amplitudo, ita est cordi, vt Deum optimum Ma-
quid ista omnia tibi tueatur, quotidieq; ad secundiores prosequi-
euntur, regare non desinam: quod sit virtuti, & bonis mortis
ac legibus, sanctæq; fidei Catholice, cum tua insigni laude, con-
modo semper atque emolumento. Vale. Pridie Calend. Oct.
M.D.XXXII. Carpenteriorum.

VIII.

I A C. S A D O L E T V S. E P I S C. C A R.

Antonio Prato S.R.E. Cardinali S.P.D.

CVM Lugduni fuissim, speciemque illam in te summi & pre-
cellentis viri, de quo tam multa absens audieram, ipse
pluribus in rebus ita esse cognoveram, oculis mei prefensu-
cissem, fuissimque eam magna mea cum voluptate, nec min-
cum admiratione contemplatus: propterea quod voluptate
michi meus in te perpetuus amor, singularisque obleruantia, a-
mirationem vero sapientiae & virtutis tue magnitudine afferrebo
possum tibi confirmare, post meum illinc dilectionum, memorie
tui semper mihi in animo ita versatum esse, vt non dies, nequ
nōctes, mea de te cogitatio, & cura aliquid conandi, quod pa-
tuis plurimis erga me beneficis gratius in te esse intelligeret, b-
lo modo requiesceret. Etsi enim superioribus temporibus tuis
quam defitisti de me bene mereri, tuamque ego in meis rebo
omnibus, quae ope & auxilio tuo eguerunt, benevolentiam ex-
game, humanitatem, liberalitatem tum expertus: tamen hoc
ente facto, quo mihi dedisti preclarum apud Regem tui de me
iudicij testimonium: idemque derelisti, ac de optimi Regis vo-
luntate mihi es pollicitus: si Regem, & Regiam colere, &
etari vellem, amplissima mili fortunæ premia non defutur.
Hoc inquam tuo præstantissimo merito, quo nullum maius
tanto & cali viso ne optari quidem posset, ita sum ad omnem be-
nevolentiam & studium colendit ut ac venerandi nominis inca-
tatus, vt ne si vitam quidem prore effundam, vel partium paten-
tuorum meritorum videar consecuturus. Quoniam enim dicitur
est, quod ego amplitudinem tuam & colo, & diligo, omnique lo-
nore, atque obseruantia prosequor, multisq; suis erga me bene-
volentia significationibus sumimè deui acutum me acq; obliga-
tum esse sentio: tum autem de gravitate, doctrina, sapientia
tua ita exultimo, vt nullum propè exemplum rati, omnis reu-

molem maximarum tanta facilitate prudenterque moderantis, ne antiquis quidem temporibus potein extirfisi: tamen illud de re iudicium communem mihi cum multis semper fuit. Hoc vero quod precipue ac proprietate meum est, quo tibi sum tanta & tam infusa tua humanitate obstrictus; sic me & cepit, & incendit, ut prolixi mihi necessariò confitendum sit, neq; ad referendam tibi gratiam aliquas opes meas, neq; vero ad comminem orandam vena vila suppetere. Et quoniam arbitror ad mecum officium pertinere, ut tibi respondam, de eo, quod tu mecum locutus es: agomque quoquo modo possum tamen gratias. Quorum alterius tunc proper beatitudinem temporis mihi non licuit: alterum autem plene libebit sic facere ut debeo: de eo primum dicā, quod ad felicandum Regem pertinet: cui equidem sum rotu animi mei studio addictus. Sed ut hanc vitā abūciā pacatam, atq; tranquillam, in quam ego veluti in portū, ex magno ipse quoq; negotiis, & agitacionibus, tanquam ex fluctib; me recepi: non causa neq; fortuita, sed consilio certo, dataq; opera: nequaquam id videtur tam constante mea, aut verioris vita utilitatib; conuenire. Non enim in opib; precipue, nec in diuinis nostra profita bene agantur: ratio est: sed in eis magis studiis & actionibus, quae & presentem nobis iudeundatem prebent, & futuram immortalitatem pollicentur. Quod tu summus omnium & prudentissimus viam templo facile potes recognoscere. Sed & si quieta vita hac, illi alia vita difficulter & negotioſer preponenda multum est: tamen cum incident interdum tempora, ut officium ceteris redundant, nec possit aliter virtus & veritas ritè consummari, nisi labor aliquis negotiitivae suscipiat: si quod euénit tempus eiusmodi, quo magna res aliqua Regis nostri, magis gloria ageretur, il modo ei ego muneri viderer esse idoneus: si ea res cum fide & dignitate tractanda esset: in quo utique video errare & decipi communem vitam, quae veritas, & vano gloriarum rerum rationes, illis rectis & prudentibus actionibus anteponat. Si talis, inquam, actio, ac tale offertur tempus: non denegarem Regi nostro profectio operam & fiduciam meam. Neque cum id facerem, viderer mihi ab hoc iam usque generis vita desiscere: id enim certe nunquam sum factus. Sed officio tantisper me iudicarem fungi, vnaq; alia in actione ei Regi deferuitem, cui me omni honesta ratione, & proper possumtem eius, & propter virtutem arque humanitatem esse latitudinem decet. Sed neque hoc ut contingat, optandum mihi est. Cupio enim rationes & consilia omnia Regis ita faciliter cunatur habere, ut non sit opera aut industria cuiusquam admodum requirenda. Et tamen si contingat, non tantum in me ingenij non agnosco, ut non multos Rex habiturus sit, quam

ego sum', magis idoneos. Quam obrem hac tibi mente & volute mea satis exposita, redeundum mihi ad id est, quod certum longe difficillimum; quo pacto tibi agam gratias. Quis si aut tua non tam ampla autoritas, aut merita erga me metuera saltem forent, conarer aliquid profecto, & aliquam partem gratiae exequi me posse considereret. Sed cum & amplitudo dignitatis, & benignitas in me tua omnem meam agendi quendam facultatem longe supereret: peto a te, vt meum amorem erga te, & fidem & pietatem, que nunquam posthac a te mihi venerandi nominis assiduo cultu, incredibiliq; obseruanter futura est, pro aliqua parte gratiae recipias. Quod si ea studia, quibus quotidie versor, aliquid forte aliud eum habebuntur amicitias: dabo operam profecto, vt quanquam tuum predandum nomen meis ipsum scriptis multo plus luminis allectuerit, quam ipsi in scripta, meum tamen de te, tuisq; praetantibus virtutibus iudicium apud posteros apparcat. Quod non id scribo, quod magnam tibi rem polliceri mihi videat: sed quod magnam meam erga te intelligas eis voluntatem. Vale. C. pentoracti, V. Idus Iulij, M.D. XXXIII.

IX.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT. 10
 anni Nicolao Apa Iulia Episcopo S. P.D.

Vellem tantum dari mihi ad scribendum facultatis, ut cetero possem eas, quam concepi animo incredibilem, titiam, posteaquam audiua tua, & ceterorum Episcoporum, et istie sedes & domicilia habentis, opera, auctore & principe amissimo legato, factum esse, yr diuinum illud Pauli epistola in unius lumen publice explanaretur: vosque vñā cum aliis multis, grantes studio sacrarum lectionum, in illud auditorum concurrit frequentes. Certe enim si Christianus sum, charamque imprimis habeo omnipotentis Dei gloriam (quemadmodum quidem habeo vita ipsa mea longe chariorem) hoc nomine maximè letet necesse est. Non enim alia re magis illa illufrat, neque ipsius Dei maiestas, infinita que bonitas melius ostendit, quam cum illius beneficia erga nos memorantur: plurima illa quidem paucim & maxima, quæ omni humano generi ab omnibus sunt. Sed quod ad fidem Christi, & adoptionem nostram in genus summum Dei pertinet, quæ nos tanquam filii in hereditatem regni ecclesiæ vocati sumus, tale atque tantum, ut vix humana vilia cogitatione magnitudo illius beneficij possit concepi, cuius in uno Paulo sunt explicata mysteria: si več legam summi vñlaudi fanco, et in que dignitatem cupio esse quam amplissimam.

sciri profecto omni cum benevolentia facio: quid illo dignius?
 quid honor, nobilitas, nominis: eius conuentientius, quam au-
 torem esse tanti boni sui populi? suamque tantam & tam bene-
 ficiam in omnes homines ostendere voluntatem: vt quos patro-
 nus regit, consilio gubernat, imperio & autoritate in pace &
 officio continet, eos etiam studeat non solum terrenis bonis, ve-
 rum etiam celestibus florentes sua opera fieri, ac beatos? Ma-
 gna illa lata, & principe magno digna. Hoc ille nimurum suo
 facto, hac prouidentia, hoc insigni prestantique beneficio pla-
 ne aperte animi hui naturaeque magnificentiam: & dignissimi
 se demonstrat, in quem tam multa dona sicut ornamentaq; for-
 tunae a Deo hominibusq; collata. Te vero, mi opime & iuuen-
 tissime Nicolae, quibus efficeram laudibus & cuperem de te o-
 minis proferre que sentio. Noui tuam bonitatem, iustitiam, in-
 tegritatem, Iesus tuus noui plenissimos pietatis, animi quoq;
 opimus temper deditum & artibus & literis, quod sepe miratus
 sum a te magis, quod te ex maximis curis & occupationibus,
 quibus ultimare, aliquid semper videbam surripiente tempore,
 quod senioribus studiis impartires. Cuperem, inquam,
 hoc de te loqui, & enucleatus commemorare omnia. Sed vincit
 tua virtus studium meum, neq; est nostra tuis laudibus facultas
 villo puto par. Verumtamen eti tu neq; nunc primum, nec va-
 quum medocriter, sed diu ante totus in optimis studiis suis isti ho-
 rante recente tuo facto, quod summi doctoris & preconis ma-
 gister lectionem prouehere, atque illustrare pro tua parte co-
 natus es, sic me tibi deuinixisti, vt in vetere nostra mutuaq; bene-
 volencia meus in te amor quasi novo igni inflammatio
 rum, & fratre illos nostros, qui tibi honore pares, me autem
 ipso omni dignitate superiores multo sunt, & colo nunc demum
 & vocor, quantum equidem possum, non quantum illi meriti
 sunt, qui tecum in tam preclaris operis societate confenserunt:
 qui ei que se digna sunt & founte, & seellantur. Ex quibus ipsa
 quantum in animo suo leviter ac vere voluptatis, quantum a-
 plus homines bona existimationis comparatur sint, ipsa re, si
 perfecserint, experientur. Vrbi etiam isti Auenionensi gra-
 uibus, in qua si haec vigere studia, & germinascerent incipient, tan-
 totum priderit adiuta autoritate virorum: maximum illi ciui-
 tati non modo ornamentum, sed etiam commodum accessurum
 est. Aperte enim animis ingenuis, & altius quam pro vulgi
 erga letantibus, via, qua non est terra se natos neque in-
 terraversos esse intelligant, sed coeli dominos esse & celestium
 rerum inueniantur. Non in libris conterant arates: sed ipsi ca-
 rectorum libris & controverbis apponant modum. Non igna-

tis, & abiectis, & vilibus curis, solitudinibusque rerum, opum terrenarum tantopere deprimantur: qua hominem quoniam sibi oblinisci, & a se ipso deficere, ac quem in turpe quondam & penitus monstruosam degenerare naturam: sed celi, & recti, ac veris diutius opinibusque fidentes, incolumente fuisse retineant dignitatis sua. Atque haec ego confirmo hominem naturis & animis aquatice ex his literis, & ex hac ranti doctrina lectione preclara. Non de ieiuniis, nec de vigiliis, aut affectate orandi, aut paupertate proficienda nunc loquor: haec enim quangnam sancta sunt, & coeleste premium promerentur: men in alio quodam virtutis genere sunt spectanda. De illa in dico, qua polita in honoribus, referunt diutius, in magnificis collocata, animum secum assert ad ista: omnia longe plus suis & propriis bonis, quam his, que sunt fortuna dona conditent: que in negotiis & conuentibus hominum, in amicis in conuiuis, in omni sermone & familiaritate conuiuendi, in voluptatem & letitiam consecutatur: vt a deore quodam suis & specie praefantis viri non discedat: plena illa semper gaudij ac iucunditatis: nihil vnguam ferre molesta: in se ac per batiemis admittens: cum hi, qui terrenis iustis cupiditatis puniuntur, & omnia in pecunia posita putant, nunquam vere, ne ex animo larentur: sed habent vitam solitudinibus, impulsi, auditate, pueritiaque perpetuo infestam. Ad hanc tanta commoda, atque bona, quando inspirante summo Deo maximi & clarissimi legati nostri sapientia ac liberalitate, vobis illius exemplum autoritatemque sequentis, adiuviana ista ciuitate patescunt est: & gratia a nobis Deo agenda sunt, & ipse multum seduloq; orandus, vt nobis omnibus, quibus haec legati prouidentia ac benignitas vberissimos fructus verisimiliter bonorum allatura est, felix & sautum hoc principium facer dignetur: vt bonis initis meliores quotidie succedant exitus, & que bene incepta sunt, studiosius perficiantur. Speramus enim est, hoc egregio opere perfecto, & coelestis doctrina inducta ac confirmata, adiectionum animum eundemplum legatum ad hanc tollendam confusionem, que in admistrando iure nullum sermone iam vestigium veritatis ac iustitiae reliquum fecit: vt non sedandarum discordiarum causa, & vniuum vinciuque tribuantur: sed malitia, perfidia, auaritia, exercenda gratia in forum atque sum adducta videantur. Ex quam magna cum clade detrimentosq; multorum, necque hominum scilicet etiam populorum, certum quoddam genus vnu depascitur, quod est ad aliorum consumendos labores prauiam conjectudine inueteratum. Hoc refutat adhuc, hoc in explicatione est, quod ab optimi presidis prudentia ac virtute po-

fidei: huius est munericus fundatio, & administratio reliqua: in
 qua traxanda, ordineque constiuentia, quantum illi laudis ab
 omnium sermonibus peruenturum & commendationis sit, ex
 finitimo provinciali exemplo possumus intelligere. Atque ego,
 qui amplissimi legati honorem & dignitatem praecipue exerto,
 ipsiusque incredibili amore obseruantiaque complector, non
 sum quietum animum habitus, donec eum videro hanc sibi et-
 iam iudicem: hoc apud homines clarum & celebre nomen com-
 parare: preferum cum si ipse tantæ adipiscenda gloria occasio-
 nem praetulerit, aliis qui lucecerit (ita enim credibile est)
 libenter eam sit arrepturus. Quid ergo est: non omnes omnia fa-
 cientes, ut sis, quem maximè amamus, hac portissimum fama, hoc
 hoore potiatur? qui nofra omnia ad eum colendum contulim-
 us, non hoc illi imprimis proponemus, in quo ipse suscipiendo
 sum longè adangeat dignitatem, in ore omnium & laudibus
 canitatem veretur, illustre testimonium præbeat sua exi-
 mæ virtutis & bonitatis, memoriam nominis sui cum eterna be-
 nevolentia cunctorum in omnium animis relinquerat? Quid ipse?
 Fuisse alium porius, quam se, in huius boni possessionem acce-
 deremus: tamen ingenuum, tanta nobilitas, tanta virtus, a-
 lioribus occupare hanc gloriam: & in tam præclarâ actione, quā
 ipse dimiserit maiores lete illo, & animi præstantioris ostendere?
 Non dicitur etimandum. Evidet quod ad me attinet, cum il-
 lum conenero, omnibus preciis oblationibusque adiutor,
 vixiget deinde habe curam, sua nobilitate prudentiaque digni-
